

1566. SCÓRZONERA *crispa*.

Sc. caule folioso paucifloro, foliis lanceolatis undulatis nero-nigro glabris.

Habitat in Tauriae collibus apricis siccis. Floret Aprili, Majo. 2

*Planta* plerumque dodrante minor saepe digitalis glauco-viridis glabra. *Folia radicalia* formā praecedentis, sed valde undulata et crispa, margine scabra: *caulina parua linearia*. *Flos terminalis* formā praecedentis; accedente ut plurimum uno alteriore laterali ex summorum foliorum axillis. *Lanugo vagat* quasi detrita interdum in junio ad foliorum axillas et ad basin ealyceis.

1567. SCORZONERA *hispanica*.

Sc. caule ramoso folioso multifloro, foliis lanceolatis acuminatis subdentatis: superioribus integerrimis amplexicaulibus, ealyce glabriuscule.

Sc. caule ramoso, foliis amplexicaulibus lanceolatis integris bafi subferrulatis. *Linn. ed. Willd.* 3. p. 1499. *Gmel. fib.* 2. p. 6. n. 4. *Pall. ind. taur.*

Sc. major hispanica prima. *Clus. hist.* 2. p. 137.

Occurrit in graminosis planitierum Caucasum a septentrione attingentium, Tanais et Anticetae ostiis interjacentium; nec non inter Borysthenem Paluīque Moeotiden. Floret aestate. 2

*Foliorū* inferiorum dentes sparsi atque minuti in spontaneā saepe desiderantur. *Calycum* juniorum tantum basis cum pedunculis subpubescens.

1568. SCORZONERA *taurica*.

Sc. caule folioso multifloro calyceque pubescentibus, foliis inferioribus lanceolatis acuminatis integris pubescentibus: superioribus linearisubulatis.

Habitat in Tauriae collibus siccis circa Karaffubasar. Floret Majo, Junio. 2